Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:

/: in calce legitur: "Per me magistrum Johanem de Kuppferberg"; probabiliter nomen scriptoris:/ quam excipiunt tabulae ipsae.

De Jo. Regiomontano vid. supra, Cod. III.

Cod. LXIV.

Chartac. 4to min. Soc. 15. 5.5.

Jo. de Gmunden Tabulae astronomicae.

Joanis de Gmunden Tabulae astronomicae, nempe de Planetarum motibus, de luminarium eclipsibus, aequationis domorum ad Vienam, partis proportionis, Stellarum fixarum, secundum quod sunt semper in imaginibus signorum coeli, et de quibusdam, quae sunt extra imagines. Continentur etiam Cod. XLVI. n. 1. A. C. n. 2.

Practica Tabularum.

Has tabulas excipit Practica tabularum astronomicarum, quae incipit: "Quamvis de motibus me. „dus." Absolvitur duabus partibus, quarum prior 60, posterior 28 capitibus constat. Anterior hujus practicae pars /: quae habetur etiam Cod. XLVI. 1. B.:/ tractat de motibus ch. solis et lunae; altera de motibus ch. aliorum quinque Planetarum.

Modus corrigendi et compon. Tabul.

Hanc sequitur Tractatus de modis componendi et corrigendi tabulas. Incipit: "Pro majori fundamen. „to et certitudine eorum quae posita sunt in ta. „bulis motuum planetarum ch. et canonibus de